

21575

DISSERTATIO PHILOLOGICA

De

CONVENIENTIA
LINGVARUM
HEBRÆÆ Atq; GRÆCÆ

Quam

Consensu ampl. Facult. Philosoph. in Regia Academia Aboensi,

AUCTOR

LAURENTIUS STENBÆCK

Mag. Docens ibid. & Schol. Cath. Conrector,

RESPONDENTE

WILHELMO ROSS

Ostrobotniense,

Publice examinandam sistit d. XXIV. Julii A:o


MDCCLXI.

loco horisque pomerid. consuetis.

ABOÆ excud. Joh. Kizampe, Reg. Acad. Typ.

4.

Olle Nordstr.



ANTECESSIO.

Quo verius ex trito Judaeorum elogio matrem omnis sermo linguam hebraeam veneratur, eo enituit contentius studium Φιλολογίας in linguis aliis atque aliis cum eadem comparandis. Scilicet jucundum id viris fuit sensisse, quo singula modo, in stirpe filiarum, aliquid ex materna traxerint consuetudine, & inter mille mutationes, tot seculorum transitu vestigia originis suae altius infixae retinuerint. At, vero non sola hac jucunditate emensi sunt hocce studium Φιλολογίας, accedit utilitas summa, quae hinc existit. Frustra enim aliunde major in linguis speratur lux, quam quae oritur ex sapienti ipsarum inter se & cum matre comparatione. Hinc quae in una alterave δύσωνία sunt, per sepe redduntur facillima, & quae uni deesse videntur, feliciter sapius ex aliis restituuntur. Quomodo & matri, intra arctiores cancellos redactae, quo adfiniores sunt quaedam, eo plus hodie opis praestant. Et quae scilicet cui melius de analogia & genio linguarum intimo constabit, quam illi, qui in linguis conferendis assiduus, quid qualibet ex patria sibi quae propria, quid ex aliena atque communi retulerit consuetudine distincte perspexit. Hoc mecum perpendens constitui in praesenti b. c. d.

græcam cum hebræa lingua conferre, ut quid commune habeant vite innotescat. Hæc autem eo jucundior utiliorq; censenda opera, quo magis constat hæc potissimum linguis, cum factis involutans nos tenere αὐθιγὰς θεῶν ἐς μυστήρια, τὴν ἀνθρώπων ἀκούσαν. Quæ ergo profundius harum linguarum adfectiones aut communes aut proprias rimati fuerimus, eo expeditiorem nobis reddimus viam ad divina mysteria cognoscenda.

§ I.

Quemadmodum ex elementis suis corpora, ita ex Litteris constituuntur Lingua. Litteras Linguarum vere dixeris elementa prima, seu ut Plato & Aristoteles, αὐθιγὰ ἀδιαλέγτα. Hæc vero litteræ aut pronuntiantur, aut scribuntur. scriptæ Græcis dicuntur τὰ γραμματέα; pronuntiatæ, τὰ ἐς φωνήν. Utrarumque idem munus est, ut penetrent intellectum. De litteris, quatenus pronuntiantur, bene omnino Beccmannus, primo mortalium una, inquit, indita, in universam posteritatem cum semine quasi proflexerunt. Quis vero fuerit ἀποτομὰς, aususque mansuram rudibus docens signare figuris, ut cum Poeta loquar, non æque liquet. Attamen non sine ratione agunt, qui hoc tam præstans, tam necessarium inuentum Hebræis, primisque apud eos sapientiæ statoribus vindicant. Quam causam si non plene conficit, certe eidem pondus addit, convenientia illa, quæ apprehenditur inter litteras Hebræorum aliorumque populorum; quorum litteras maximam partem ex hebræis ortas esse litteris, penitior ipsarum inspectio docebit quemlibet. Quod vero, quoad plurium litteras, litterarum formas & denominationes, operosius jam non evol-

3
 evolvo; cum pro instituti ratione sufficiat ostendisse,
 quid hebrææ indolis aut originis referant litteræ græ-
 cæ. Has quoad *figuras*, ex figuris litterarum hebræ-
 arum enatas, sine ingenii lulu adseverabit, qui lit-
 teras inter sese contulerit, quas communes habent
 græci cum hebræis. Nec ea, quæ hodie deprehen-
 ditur quoad figuras discrepantia morabitur quem-
 quam; quippe quæ studio recentioris ævi celerius
 juxta ac elegantius scribendi accepta est referenda.
 Similiores enim figuras litterarum olim fuisse antiqva
 passim testantur monumenta. Accidit, quod *situm*
 litterarum, in suos usus conversarum, fere inverte-
 rint græci; quemadmodum & morem Hebræorum
 a dextra vertus sinistram scribendi inverterunt. Quem
 tamen antequam plane deseruere, usu receperunt
 Παρὰ Φύσιν γράφειν, *instar verisura boum scribere*. In *Nomi-*
nibus porro litterarum græcarum id dubio caret, ea
 Hebræis deberi. Sic ex *aleph* alpha habent græci, ex
betb beta, ex *gimel* gamma, *dalet* delta, &c. Vim
 etiam atque *potestatem* litterarum, tum *essentialem* in
 pronuntiando, tum in numerando *accidentalem*, di-
 visionem itidem in *vocales* & *consonantes*, consonanti-
 um in *labiales*, *linguales*, *palatinas*, *dentales*, vocali-
 um in *longas* & *breves*, si contuleris, non exiguam
 perspicies litterarum græcarum cum hebræis conve-
 nientiam. Conf. Paulan. in *Eliacis*. Bochart. *Geogr. S.*
par. post. l. I. c. 20. Læsch. *de causis l. hebr. lib. II. c.*
v. Becm. nud. ad l. lat. c. 4. Budd, *hisor. eccl. V. T.*
cap. I. per. II. sect. II. §. 18.

§ II.

EX litteris existunt *syllabe*, ἀπό τῶν συλλαβῶν δια-
 ctæ, quod litteras complectantur & quasi con-
 glutinent. Harum hæc inter alia adfectio, quod so-
 num recipiant. Toni signum *accentus* sunt in hebræa
 græcaque lingua. At quale præterea modulationis,
 qua sonum, munus commune habuerint *accentus*
 in utraque lingua, nobis difficile dictu, quos vete-
 rum pronounciandi modulandiqve ratio fugit. Deve-
 nio ad *vocabula*, quorum non male tres constituuntur
 classes principales, מלך פלג שם *nomen*, *verbum*,
particula. השלש נחלק לשון כל לשון
 sunt verba D. Kimchi. Ex פועל מלך שם וטעם
 quo effato si lingua sancta, & sic omnis lingua,
 in tria capita dividi potest; ergo & græca. id quod
 in complementum harmoniæ linguarum Græcæ atq;
 hebrææ addo. Nam & facile generali particularum
 nomine comprehenduntur vocabula, quæ significa-
 tionem nominis & verbi circumstantia augent aut
 declarant. Quid vero commune teneant ex *con-
 ceptu grammatico*, vocabula græca atqve hebræa,
 quatenus in classem aut nominum, aut verborum,
 aut particularum referuntur, imperata mihi brevi-
 tas discutere non permittit. Quid, quod nec illis
 illud adeo ignotum, qui scholas grammaticorum
 præstantiorum vel a limine visitarunt. Conf. Wolfii
Biblioth. Heb. pars II. L. III. c. II. §. 19. Starckii *Lux gr.
 hebr. m. VI. Canzii Gram. univers. rud.*

§. III.

Quod si *vocabula separata* hebræa atqve græca qua
 vim & significationem suam consideraveris,
 plu-

plurima sic quoque deprehendes in quibus pulchre
 conveniunt. Auctores, qui *Lexica* dederunt *polyglotta*
 & *harmonica*, non parca manu offerunt nobis voca-
 bula hebræa græcaque, quæ tum quoad litteras
 radicales, tum significationem parum aut nihil dif-
 ferunt. Cujus generis sunt, $\text{יָדָן אֲרָצוֹת אֲרָצוֹת}$, יָדָן אֲרָצוֹת ,
 יָדָן אֲרָצוֹת , יָדָן אֲרָצוֹת , יָדָן אֲרָצוֹת , יָדָן אֲרָצוֹת ,
 יָדָן אֲרָצוֹת , יָדָן אֲרָצוֹת &c. Ut vero hæc & alia
 ejusmodi vocabula ostendunt Græcos multa ab
 Hebræis accepisse, vel talem communia cum illis ha-
 buisse: ita declinante a puritate sua Hebræa lingua,
 non pauciora Hebræorum doctores a Græcis sum-
 sere. Qualia sunt *Targumistarum* & *Rabbinorum* יָדָן אֲרָצוֹת
 יָדָן אֲרָצוֹת , יָדָן אֲרָצוֹת & mille alia. Illud in antiquiore eaque puriore lin-
 guarum hebrææ græcæque facie non injucundum
 observatu, plus inter hæc communitatis intercede-
 re in vocabulis, quæ communes indigentias,
 communemque indolem rerum civilium regiminisq;
 universi proxime exprimunt. In privatis utriusque
 gentis commodis, inventis peculiaribus, artibus ac
 institutis, vocabula iis indigitandis destinata magis
 etiam differunt. Conf. Buxtort. *Lex. Chald. Talm. Rabb.*
 §. IV.

JAM & illa sacratior tangenda mihi convenientia,
 quæ in sacris cernitur inter vocabula hebræa
 græcaque qua significationem, licet ea in illis desit
 originitio, qua a se invicem descendere videntur.
 Nimirum id in mandatis habebant scriptores sacri,
 ut res divinas, $\text{אֲנִי הוֹרֵה לְךָ אֶת הַיָּדָן אֲרָצוֹת}$ & $\text{אֲנִי הוֹרֵה לְךָ אֶת הַיָּדָן אֲרָצוֹת}$ ignotas,

describerent. Quod cum in gratiam hominum præ-
 starent, utendum ipsis erat *שמונה עשרה* *pilo hominū*,
 vulgari & inter omnes usitata dictione. At vero cum
 ejuscemodi dictione res divinæ antea non exstabant
 expressæ, non potuit non in nova vocabulorum
 vulgarium adplicatione ad illas res, nova ipsis vo-
 cabulis significatio imponi. Ex. gr. λόγος, σοφία,
 πνεύμα, δικαιοσύνη; דבר, חכמה, רוח, צדקה, in vulgari
 sermone de rebus vulgaribus nota vocabula sunt,
 sed ad divina adplicata & adcommodata, res in scri-
 pturis V. & N. T. easdem, sublimes, mysteriique
 plenas sistunt. Hujus generis vocibus cum Paulus
 Athenis disserteret, *ξενίζοντα* nova ingeri auribus suis
 obiecerunt Athenienses. Quanto melius facturi, si,
 instituto Berceensium laudabili, scripturas vet. test.
 cum dictis Pauli sollicitius contulissent, unde illorum
ξενίζόντων haud obscuras notiones adsequi potuissent.
 Etenim in rebus ubi conveniunt utriusque test.
 scripta, vocabula res istas exprimentia, inter se rite
 collata, mutuam adterunt lucem. Conf. Eckard.
technica. S. Stolb. de. sol. & barb. N. T. Chemnit. Locc.
Theol. hypomn. p. 15. f.

§. V.

Vocabulis separatis *coniuncta* subiungo, quæ phra-
 ses præbent & loquendi modos, in his conve-
 nientiam utriusque lingvæ probaturus. Ex multis
 ego paucissima tantum dabo. Ut est emphatica he-
 bræorum oratio, ita, non sine emphasi, in constru-
 endis nominibus substantiivis, ad abstracta respicere
 solent. 1. Sam. XVII. 40. *David elegit quinque* *קלפין*

קלפין

7
 օֹנֵנִי lubricitates lapidum, i. e. lapides maxime lubricas.
 Ps. V. 10. הַרְוֵה קִרְבִּי intimum eorum iniquitates,
 i. e. iniquum maxime, iniquitatibus oppletum. Sic etiam
 abstracta spectant Græci, Eph. V, 8. ἢ πὶ γὰρ π-
 π σιότῳ, ἰὼν δὲ Φῶς ἐν κροῖῳ. Et in Euripidis Hecuba,
 καὶ μὴν Ὀδυσσεύς ἐρχέται σπυρῆ ποδός, celeritate pedis venit,
 i. e. celeri pede. Verba quædam in finito tempore in-
 finitivo juncta, ratione sensus adverbiorum vim ha-
 bent, infinitiuo illo in tempus, numerum, personam
 finiti conjuncti latine converso. Ps. XXXIII, 3.
 בְּנִי בְּנִי בְּנִי בְּנִי בְּנִי benefacite pulsare, i. e. pulsate optime.
 Gen. VIII. 10. חָלַף הַשָּׁמַיִם & addidis emittere, i. e. iterum
 emisse, quemadmodum ὁ interp. πάλιν ἐξαπέσειλε. sed
 neque græcis ignota locutio prior. Luc. XX, 11.
 καὶ προσήετο σίμφαι. Joh. VI, 21. ἤθελον ἂν λαβεῖν &c. i. e.
 ὀφελήσους ultero & cupidae receperunt, Quomodo & Aristo-
 oteles, βάλανται κοῖσιν, ὅταν ὁ χεῖρ ὡρεσῶν. Sed de his
 Tantum

Conf. Engeström. Gram. Hebr. Bibl. Danzii interp.
 hebr. Georgii vindic. N. T. ab hebrais.

